



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Prooemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)



IO. BAPTISTÆ
PORTÆ NEAPOLITA-
NI, MAGIÆ NATVRALIS
LIBER DVODE-
CIMVS.

Portentosas ignium exitialium machina-
tiones molitur.

PROOEMIUM.



ANTEQVAM à Vulcano stylum
amoueamus, de exitiali igne illo
mirabilium operum machinatore
loquemur, quem vulgus artificia-
lem vocat, quo in diuersis artificijs,
& portentosis inuentis exercitu-
um Duces, & Imperatores ad mœnia, & vrbes ab
imo excidendas, & naualibus prælijs cum ingenti
mortalium ruina funestissimè vterentur, & sapissi-
mè infestas hostium viris frustrarentur. Res valde
vtilis, admirandaque, qua nulla alia plus hominum
animos absterreat, & perterrefaciat. Deus ventu-
rus est iudicare seculum per ignem. Describamus
maiorum nostrorum incendiarios ignes, quibus in
obsidionibus vsi fuerint, subnectemus & recentio-
rum, longe illos superantes, mox nostra inuenta.
Habet tormentarij pulueris terribilis, & demum
muti

muti compositiones, tubas igniuomas, & lethales; ignes inextinguibiles, sub aquis furentes, immo in imi ipsis, quasi cuniculis effosis maxima oblectantium flammaram violentia, maria debiscere, in astra extolli, vt portentoso absorptu mergantur nauigia. Volantes pilas corusco igne equitum turmas terrentes, prosternentesq; vsque adeo vt ad perennes ignes deueniamus.

Quomodo diuersa ignaria parentur. CAP. I.

FORUITO euenisse narrat Vitruuius, quod diuersę arbores, crebraq; ventis, & tempestatibus excitata, attritu valido ramos terentes, collisis inter se partibus, & rarefactis calorem euocauerint, & ignem excitarint, vnde magna successit flamma. Efferati, & agrestes homines inde perterriti terga fugę dedere. Sic iam sepita flamma, propius quam accessissent, & magnam inde humanis corporibus perpendissent accedere commoditatem, ignem conseruabant, sic vrbauitatis, consuetudinis, & sermonis causas præbuisse. Plinius ait militum & pastorum fuisse inuentum. Exploratorum hoc vsus in castris, pastorumque repperit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Docet Theophrastus quænam ligna sint vsui accommodata: & quanquam terebrum, & conceptaculum ex eodem fieri nonnunquam eueniat, tamen ex vno, quod agat, atque efficiendi vim retineat, ex altero verò, quod patiatur, ex molli vnum, ex forti alterum faciendum censet. Exemplo

Ligna, qua attritu ignem concipiant,

Sunt quæ maximè calida, vt laurus, rhamnus, ilex & tilia: Mnestor vero morum addit, & coniecit, quod ascias illico retundant, & hebetent, ex his omnibus terebrum faciunt, vt attritu acrius resistent, & pertinacius opus expediant, cõceptaculum vero ex molli, vt hederæ, atragena, siue syluestri vite, & similibus arefactis, &